

Ex^{a)} eodem spiritu fassus est^{a)}, quod^{b)} ita eum sepe^{b)} detinet et commovet, quod nec reclinare nec surgere potest, nisi spiritus ille eum permittat.

Item confessus est, quod^{c)} credit nullum hominem ante eum taliter spiritum sanctum recepisse nec post eum recepturum, sicut ipse eum recepit.

(Sequitur correlarium primum)

Ex isto^{d)} fundamento fassus est, quod antequam illum spiritum sic receperat, obedivit ordinacioni^{e)} sancte matris ecclesie in omnibus, quia^{f)} tunc egit secundum humanam voluntatem et fuit sui ipsius. Sed post receptionem spiritus prefatam^{g)} extunc non potuit nec tenebatur obedire ecclesie in^{h)} quibuscumque statutis. Racionem addidit duplicem, prima quiaⁱ⁾ non potuit obedire duobus, scilicet spiritui suo^{k)} et ecclesie; et iterum quod^{l)} extunc non fuit sui ipsius, sed gubernabatur^{m)} per spiritum in interiori homine.

(Secundum correlarium)

Ex eodem fundamento confessus est eum non adorasse sacramentum eukaristie in eius elevacione in missa. Racio sua est, quia non recordaturⁿ⁾, quod spiritus suus umquam sibi inspiraverat^{o)} hoc sacramentum fuisse adorandum. Unde fassus est, quod non solum ipsum non^{p)} adoravit, sed eciam sepius in ecclesia kathedrali et in ecclesia sancte Clare et in aliis multis ecclesiis, dum sacrum^{q)} sacramentum elevabatur, ipse cum pede^{r)} trusit contra sacramentum et linguam eiecit ex^{s)} ore et similes multas abusiones commisit; sed non fecit^{t)} hoc ipse, sed spiritus per eum hoc fecit^{u)}.

Item interrogatus, cur non sumeret sacramentum, respondit, quod scriptum est in ewangelio¹⁾: *Qui manducat hunc cibum, non morietur in eternum*, et nichilominus omnes moriuntur, eciam^{u)} qui hoc sacramentum sumunt. Sed addit^{v)} se hoc dixisse simplici mente et non adidisse^{w)}, quod propterea non sumeret^{x)}.

a) Item de eo spir. dicit R b) quod eum sepius ita R c) conf. est quod *fehlt* R d) Item ex illo R e) ordinacione K f) *statt* quia: Et ex R g) pref. *fehlt* R h) in *fehlt* R i) *st.* prima quia: quod R k) sui K l) quod *fehlt* K m) gubernabatur R n) quod non concordatur R o) inspiraret R p) non *fehlt* K q) sacrum *fehlt* R r) cum pede *fehlt* R s) et R t) facit R u) eciam *fehlt* R v) addidit R w) dixisse R x) *folgt* neque sumpsisset A.

1) Joh. 6, 59 (*hunc panem*).